



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Septem Illvstrivm Virorum Poemata**

**Cesarini, Virginio**

**Antverpiae, 1662**

Ad Evmdem, Die eius natali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-7990**

## A D E V M D E M,

Die eius natali.

**O** Ctobres saluete Idus, lux sacra, Maronem  
 Quæ fudisti auras prima sub ætherias.  
 Tuq; ad eò mihi lux salue, quæ proxima surgis,  
 Lux mihi natali sanctior usque meo;  
 Vnde sibi reduces apponit & ordinat annos,  
 Et signat niueis tempora leta notis,  
 Amula diuino condit qui carmina Vati  
 Fernandus, Musâ proximus vt genesi.

## E I D E M Φ Ι Λ Ε Λ Α Η Ν Ι

Librum sacrarum precum Græcum  
 & Latinum mittit.

**A** Ccipe diuinum gemino, Fernande, libellum  
 Eloquio: ingenium nam decet ille tuum.  
 Audiet Omnipotens, seu maiestate Latinâ,  
 Seu Graio fufas dulciùs ore preces.  
 Dumq; sacras niueo promis de pectore voces,  
 Et purâ asiduè mente Deum alloqueris,  
 Haud vigili studio, miro sed munere celi  
 Mox dabitur linguas addidicisse nouas.

VILLA